

favore juris; nec ad obligandum fidejussorem aliud requiritur, quam quod pupillus fuerit naturaliter obligatus, nisi speciali juris privilegio munus eius est. f. 36. n. 208. & seqq.

Fidejussor strictè acceptus, est: qui interroganti alterius creditori promittit se solutum quod aliis debet, salvo manente debito principali. f. 92. n. 81. ubi vide differentiam à Fidejussoribus propriis, ut est Sponfor, Expressor, Constitutor, Mandator.

Fidejussor potest vel præcedere, vel comitari, vel subequi conventionem & obligationem principali. Si præcedat, resolvitur in conditionalem. f. 93. n. 82.

Mulier quoque possit fidejubere, vide, *Vellejanum Senatus consultum*.

Milites fidejubere non permittuntur, & si fidejussent, privilegio militari solvuntur, nisi in rem suam fidejussent. Quod ante nomen militare datum fidejussent, praetextu militie supervenientis non liberantur. f. 93. n. 83.

Clericus non potest fidejubere in præjudicium Ecclesiæ cuius bona administrat; & que alienare non potest, bene tamen in præjudicium proprium bonorum. f. cod. n. 84.

Si Religiosus absque licentia Praelati & majoris partis Capituli fidejussit, vel mutuum accepit, Monasterium non obligatur, nisi quatenus in eius utilitate verum est. In re modica potest Praelatus fidejubere absque Capitulo consenserit expresso, oī consernum tacitum. In Religionibus non habentibus Capitula, sufficit facultas ejus, qui juxta statuta & privilegia Religionis potest ad fideturum facultatem dare. cod.

Pupillus sine Tutoris auctoritate non potest fidejussit, cum ejus tamen auctoritate potest. f. 94. n. 85. Idem de Minore cum proportione dicendum est. Posset tamen minor sine Curatoris auctoritate validè fidejubere in illis casibus, in quibus lege Pietatis aut Charitatis obligatur proximo per talen fidejussionem subvenire. cod.

Servi per se loquendo non possunt fidejubere nisi ratione peculij si quod habent à domino. f. 94. n. 86. Ex filijam. fidejussione pater sine discrimine obligari de peculio. cod.

Fidejussor quā talis, nec in diuiriō causam, nec in maiorem quantitatem obligatur, quam Principalis, in minorem potest obligari. Supponit enim fidejussor obligationem principalem, faltem fictione juris. Tamen etiam obligari potest quam Principalis. f. 95. n. 87.

Potest quidem Fidejussor juramento se obligare ad plus quam obligatio Principalis, sed non confirmabitur obligatio fidejussionis in ratione contractus, sed ratione excessi obligatur tanquam principalis. Hinc potest fidejussor obligari cum hypotheca, item ad penam, etiamsi Principalis non obligatur tali modo. f. 96. n. 89. & seqq.

Non valeret Fidejussor, si Principalis se obligaret ad rem certam determinatæ, v.g. ad triticum, fidejussor vero ad pecuniam, quia effet ad rem diversam: sed valeret, si Principalis se obligaret disjunctivè ad triticum vel ad pecuniam, & fidejussor ad pecuniam. fol. 97. n. 91. & seqq.

Si fidejussor se obligaret ad maiorem quantitatem, quam sit obligatio Principalis, fidejussor non est simpliciter nulla, sed tenet quoad summam debiti Principalis. fol. 98. n. 94.

Si fidejussor se obligaret ad minus quantitatem, tenetur etiam ad illas obligationes, quas principali ex mora incurrit, v.g. ad usuras. fol. 99. num. 95.

Si per moram Principalis debitoris paret res, quae sub obligatione est, tunc sicut principalis non obligatur, sed ad estimationem tenetur, ita & fidejussor. cod.

Fidejussor non tenetur ad solvendas usuras, aliarum accessiones, vel ad penam à principali adjectam, nisi in omnem eventum fidejussionis, vel alterius expressissim. fol. 99. n. 96.

Potest aliquando fidejussor obligari, principali nullo modo realiter obligato, sed tantum fictione juris, & tunc fidejussor est ripa principalis debitor. fol. 100. n. 97.

Potest dari Fidejussor fidejussoris, vocaturque Fidejussor Indemnitatis: quo casu immediatus fidejussor est respectu fidejussoris à se datu instar Principalis, & hochaber notabilem effectum in beneficiis divisionis. cod.

Si Principalis obligatur ad penam pecuniariam ex delicto vel quasi, potest accedere fidejussor. Si vero obligatio est ad penam fanguinis, vel alterius gravioris coercitionis, ut exilio, ad tritemes, ad cordam &c. potest ex probabili sententiâ à Jure admitti fidejussor, qui obligetur ad factum sustinendi, vel interesse, quod ejus vice praefetur. f. cod. n. 98.

Debitore non solvente, potest creditor convenerire fidejussorem vel Conditione certi ex stipulatione, vel actione ex stipulati. f. 101. n. 99.

Si Creditor non solum fidejussoram, sed etiam pignoratitiam cautionem accepit, & fidejussoria non præcisæ in defectum pignoris accepta est, habet optionem, an velut omisso pignore, fidejussorem convenire, spectato Jure Digeftorum & Codicis. cod. Qui solum in subdicio pignoris fidejussor, pignore fortuò perente non liberatur. cod. Sic ut conventio fidejussoris non liberat pignora, ita nec pignorum perfeccio fidejussorem. Unde etiam pignora vendita essent, & non sufficerent, sicut fidejussor in residuum conveniens posset. cod.

Fidejussor potest in variis omnibus Exceptionibus realibus, quibus ipse Principalis debitor, i.e. Rei judicata, transactionis, non numerata pecunia &c. f. 102. num. 100. Exceptiones personæ

verò quæ in favorem speciale personæ sunt concessæ, non comperant fidejussori, nisi Jura speciales indulgent. cod. ubi vide exempla.

f.

Fidejussor postquam conventus solvit, si fidejussor principali consciente, habet adversus hunc actionem mandati, quæ repetit, quidquid solvit, vel debitorem alio modo libertavit: Repetit etiam expensas, daminum & intercessu. Si vero pro ignorantia fidejussor, habet actionem negotiorum gestorum. fol. 102. n. 101. Darentur hæc actions fidejussori exhibent instrumenta facta solutionis, & creditore fatente, etiam si soluto facta non esset. fol. 103. n. 102. Item darentur, si incisus de bitorem folviter, solviter. cod.

Non datur tamen actio illi, qui fidejussit pro pupillo, prodigo, furioso, sine auctoritate Tutoris obligato. cod.

Non datur actio illi, qui per ignorantiam Juri opposere exceptionem peremptoriæ: non obesse tamen omisso Exceptionis procuratrix, vel competenti soli fidejussori & non debitori, nec etiam si omisit exceptionem soli debitori & non fidejussori competentem, sibi præjudicat. Monendus tamen est debitor, ut ipse judicium suscipiat. fol. 104. n. 103.

Non datur actio fidejussori negligenti appellationem ex culpa, bene tamen, si ob paupertatem aut ignorantiam iniqua condemnationis. cod.

Fidejussor non potest instituere actionem Mandati, quamdiu non liberavit debitorem per se loquendo. Quandoque tamen potest urgere debitorem, ut liberetur ab obligatione. fol. 104. n. 104. ubi recensentur causa.

Si ex pluribus Confidejussoribus unus p̄t cæteris convenitus in solidum solvit, non habet regresum adversus confidejussores, nisi creditor illi actionem cesserit. fol. 105. n. 105.

### Fidejussorum beneficia, Excusione, Divisionis, & Actionum cedentiarum.

Jure Novellarum conceditur Fidejussoribus primo loco convenitus beneficium Ordinis seu Excusione, quo per se loquendo datur Exceptio dilatoria Judicij, quæ si fidejussor tueri potest, ut solvere non teneatur nisi prius excuso principali, nisi constet non esse solvendo. fol. 105. n. 106. Neque fidejussor careret hoc beneficio, etiam si fidejussio jumento firmata esset, nisi expresse renuntiasset. fol. 106. n. 107.

Excusione beneficium denegatur & deiubenti pro aliquo non obligato civili, ut pro Minore. 2. Absente Principali obligari facultatem convenienti. 3. Si Primi parsuit ex alio capite difficultis

Christ. Haun. Report.

conventionis. 4. Neganti & convicto fidejussori. 5. Si in specie huic beneficio renuntiavit, sicut potest renuntiante fidejussor immmediatus, scilicet fidejussor indemnitas. fol. cod. n. 108.

Non videtur esse necesse, ut exceptio hæc dilectoria ex beneficio ordinis opponatur ante litis contestationem. cod.

Conceditur infuper fidejussoribus, per se loquendo, beneficium divisionis, casu quo beneficium excusione non possint liberari: quæ exceptio potest opponi usque ad sententiam, ut creditor debeat actiones dividere inter fidejussores, si quidem sint solvendo. fol. 107. n. 109. Negatur tamen hæc exceptio Confidejussoribus, qui pro uno Tutori intercesserunt rem pupilli salvare fore, si pupillus eos conveniat. cod. Conceditur etiam Fidejussoribus indemnitas, & universim ad Correos promittendi extenditur. cod.

Si facta divisione unus deficit esse solvendo, pecuniam spectat ad creditorem, si pure fidejussit, si sub conditione, etiam purificata conditione conveniunt potest in solidum alter, qui pure fidejussit. fol. 107. n. 110.

Si dubium est, an aliqui sint solvendo, potest cogi creditor, ut fidejussorem dubium conveniat periculo fidejussoris non dubij, præstis tamen cautione. cod.

Cessantibus prædictis beneficijs adhuc succurrunt fidejussori beneficium Cedendarum actionum, tam adversus debitorem principalem, quam ceteros confidejussores, ut non possint prius cogi ad solvendum, quam creditor illi cedat actions suas non tantum personales, sed etiam reales, & hypothecarias, quas habet adversus principalem & fidejussores; & exhibere tenet instrumentum obligacionis principalis: teneturque ad hanc cessionem, etiam si fidejussor non convenitus sponte offerat solutionem, & petat cessionem. fol. 108. n. 111. Petenda est autem hæc cessio, vel ante solutionem, vel in continentia. fol. 109. n. 112. Si creditor sibi cessionem impossibile reddidisset, possit eum petentem solutionem fidejussor removere. n. 113. Fidejussor potest actiones cedentes cedere alteri fidejussori. cod.

Obligatio fidejussoris transit ad hæredes. fol. cod. 114.

Fidejussor liberatur, si creditor & principalis debitor faciant Novationem, nisi de novo fidejubetur. cod.

Si fidejussor fiat hæres debitoris principalis, remaneat obligatio principalis. cod.

Prorogato termino solutionis debitori principalis, non liberatur fidejussor, quia non est novatio. cod.

Si adveniente tempore quo debitum erat solvendum, creditor negligens fuit in exigenda solutione, deinde debitor factus sit non solvendo, ex communi DD. fidejussor liberatur quodam eam quantitatem, in qua factus est postea non solvendo, si monuit creditorem, & urbit, ut exigeret solutionem, & excusione. f. 110. n. 115.

Liberatio fidejussor per viam aut metum obtenta, non est efficax, quia tenetur se in obligationem reponere. cod.

Fidejussor non liberatur oblatione alterius aquae idonei, nisi prior fidejussor necdum datus, sed tam promissus esset, tunc enim teneretur creditor alium aquae idoneum acceptare. cod.

Fidejussor denique liberatur, si debitori sit legata a Creditore liberatio. cod.

Plura de Exceptionibus competentibus fidejussori simul & principali debitori, & quomodo illi uti possit ad sui liberationem, vide, *Exceptiones Peremptoriae*.

#### Filiusfamilias.

De peculij filijfamilias, vide, *Peculum*.  
De obligationibus ratione patriæ potestatis vide, *Patria potestas*.

#### Tomo 2.

Filiusfamilias ne quidem cum consensu patris potest restari de bonis adventitijs, in quibus pater usumfructum habet, ad causas profanas. fol. 50. n. 228. Benè tamen ad causas pias consentiente patre. n. 229. Idem dicendum de illis Bonis, in quibus pater nec usumfructum habet. fol. 51. num. 232. quamvis haec bona liberè administret, & de illis inter vivos disponat. n. 233.

De bonis Castrenisbus potest restari etiam absq; consensu patris, sicut & de quasi Castrenisbus. fol. 50. n. 230.

Filiusfamilias Clericus factus, potest testari de illis bonis, quæ post assumptum Clericatum acquisivit propriâ industria, vel à consanguineis, vel alio modo, loquendo de bonis non Ecclesiasticis. fol. 50. n. 231. Sufficit autem, habere primam tonsuram, dommodo vel habeat beneficium, vel gaudiarum privilegio fori: item si habeat administrationem patrimonij, ad cuius titulum est ordinatus, quantumvis à patre accepterit. fol. 51. n. 234.

Si filiusfamilias in testamento ad causas pias militebat legata profana, haec acrefcent hæredem, hoc est cauila pia. fol. 51. n. 235.

Filiusfamilias an possit donare mortis causâ, vide, *Donatio mortis causâ*.

#### Tomo 3.

Filiusfamilias pubes circa Castrensis vel Quasi etiam inconsulto patre contrahere, & civiliter obligari potest. fol. 49. n. 234.

Bona adventitia, in quibus pater habet usumfructum & administratiōrem, non potest filiusfamilia validè alienare, sine consensu patris. fol. cod. nu. 235. Cum consensu patris, &c. si materia exigat, cum decreto Judicis, validè alienat, saltem si sit majorenns. n. 236. Imò probabilius idem de minorenne dicetur. n. 237.

Si Filiusfamilia, habeat à patre peculium profectum, ut cum illo negotietur, potest etiam sine alio consensu patris alienare, & ita obligatur, ut etiam contra ipsum patrem detur actio juxta vires peculij. fol. 41. n. 238.

Filiusfamilia major 25. annis, potest se inscio patre personaliter obligare civilius quovis contractu (excepto mutuo) non solùm operas suas locando, sed etiam aliquam rem suam vendendo &c. ita ut teneatur satisfacere, saltem postquam sui iuris erit. fol. cod. n. 239

#### Tomo 4.

Filiusfamilia potest dare vel accipere mandatum solvendi pro alio, si habet bona in quibus pater usumfructum non habet. fol. 223. n. 691. Solvens debitum patris mandato patris potest solutum actione mandati contraria consequi. n. 692.

#### Tomo 6.

Confiscatis bonis filijfamilias non consentitur confiscata bona profectitia, nec etiam adventitia, in quibus pater usumfructum habet. fol. 68. n. 39. & seqq. Neque etiam legitima debita post mortem patris, si confiscatio fiat vivente patre. n. 43.

Confiscatis bonis patris, non consentitur confiscatum peculium profectum. fol. 69. n. 44. Neque usumfructus in bonis filij, si patre per paenam amittat patriam potestatem, secus, confiscatur ad tempus vita patris. n. 45. Neque legitima, filio debita, quæ à quo tempore computanda, vide, n. 46. Confiscatur tamen legitima confiscatis bonis matris. cod.

#### Finium regundorum Actio.

#### Tomo 4.

Datur hæc actio ex quasi contractu illis, quorum fines, seu agrorum termini confusi sunt. & quia uterque litigantium est actor & reus, utrique incumbit probare fines. Lis hæc vocatur *Quæstio finalis*. fol. 553. n. 1132.

Est contractus Stricti Juris, quia non pertinet fructus percepti ante litis contestationem. fol. cod. n. 1133. Datur non solum domino directo, sed etiam Emphyteute, Fructuario, Creditori habenti hypothecam, possessionem. n. 1135. Datur non solum ad terminos differendos, sed etiam ad cohærentia, ut est *Judicium*. n. 1136. Datur etiam ad interesse damnum, quæ facti cum lucro alterius. n. 1137. Non nisi 30. annis placiatur. cod.

Quoniam

Quomodo se Judex gerere debeat in Judicio finali, habetur varijs legibus. fol. 354. n. 1138. ubi videri possunt.

Parte fundi qua ob incommoditatem divisionis uni adjudicatur, fit illius absque alia traditione. fol. cod. n. 1139.

#### Fiscus.

Quomodo contra Fiscum prescribatur, vide, *Prescriptio Quadriennalis*.

Quomodo Fiscus intestatis succedat, vide, *Succesio Fisci*.

#### Fornicatio, Seu Scortatio.

#### Tomo 6.

Fornicatio distinguuntur à stupro, quod feminam soluta peccans cum soluto non fuerit virgo. fol. 102. n. 198.

Jure Civili nulla pena fornicationi constituta est: Jure Bavario est constituta pena arbitria. n. 199. Quod etiam de Jure Canonico dicendum. cod.

Clericus forniciarius suspenditur ab exercitio Ordinum, & incorrigibilis beneficio privatur. fol. 102. n. 200.

Concupinarius, sive Clericus sive Laicus, quomodo puniendus, statuuntur in Concilio Tridentino. textum vide fol. 102. n. 205. & fol. 104. n. 207.

#### Forum Competens.

De hoc vide plura, *Jurisdictio*, & de privilegio fori competente Clericis, cod. & verbo. Clericus.

Quænam sint Fori Mixti, vide: *Jurisdictio Ecclesiastica cum Seculari comparata*.

#### Tomo 5.

Forum hoc loco aliud non est, quædam territorium certum, vel sedes seculorum certus, ubi talis Judex ius dicit, extra quem si juri diceret, actus esset iniurianus. fol. 76. n. 345.

Si citatus est dubius de competentia fori, debet comparare, & exceptionem declinatoriam proponere, de qua si se judec cognoscet. fol. 77. n. 346.

Forum acquiritur, 1. ratione Domicilij. fol. 77. n. 348. Quomodo acquiratur Domicilium, vide, *Domicilium*. Domicilium Originis non sufficit, nisi conjunctum sit cum domicili habitacionis. fol. 78. n. 351. Neque etiam sufficit, jus civitatis obtinuisse. cod.

Mutato post citationem domicilio rei, habet actor optionem litigandi, ubi voluerit. n. 352.

Res hereditaria ibi petenda sunt, ubi mortis tempore extiterunt, nisi alibi sit perpetuum depositum efficit. n. 353.

Secundo, ac quartu Forum ratione Contractus: si de loco solutionis facienda non est actum,

conveniri potest in illo loco ubi contractus celebratus est: si vero locus nominatus, ibi reus conveniri potest, nisi malitactor convenire in loco domicilij. fol. 79. n. 354. Neque ab hoc exceptus privilegiatus. n. 355.

Mercator in loco contractus conveniri potest, qui domum aut tabernam conductus, aut stationem ex pergulis erexit. Secus, si ut advena negotiatus est, tunc enim in loco domicilij convenientius est, nec forum ratione contractus fortius, si creditor fidem illius secutus est. fol. 79. n. 356. & plura fol. 80. n. 361. Tutor & Curatores ibi conveniri possunt, ubi negotia geserunt. n. 357.

Qui solvit indebitum, exilians se certo loco debuisse, potest ubique locorum repetere conditione indebiti. n. 358.

Debitor absens à loco contractus convenientius est in loco domicilij, nisi tenetur actione Tutele, negotiorum gestorum, mandati, pro socio, talis enim ad locum remittendus est. fol. 79. n. 359.

Tertiò, acquiritur Forum ratione Delicti, nam in loco commissi delicti accusandus reus, si ibi reperiatur, quod scilicet, potest ibi accusari. fol. 80. n. 363, ubi plura de confusione Germanie. Si primitu reus inde dicenderet, citatione praeventus est, potest judec contra illum procedere, & si non pareat citationi, tanquam contra contumacem procedi, & ferri sententia (pro ratione delicti) banni, excommunicationis, immisionis. n. 364.

Quarto, acquiritur Forum ratione litigiose rei sita, in quo loco potest Actor actione reali convenire reum, etiam si ibi domicilium non habeat. f. 81. n. 365. Si tamen malit, potest convenire in loco domicilij: nam titulus domicilij cum alijs concurredit. n. 366. Non licet tamen Actori variare, cod. Potest reus absens citari in subdium juris. & contumaciter patiēt immisionem. cod. Non requiritur, rem esse immobilem. n. 367.

Quintò, acquiritur Forum quandoque ratione continentiae Causarum. Quodlibet rei in eadem causa conveniendi, habent diversos immediatos judices diversos, convenienti sunt apud Superiorum utriusque communem, si causa dividitur non potest. f. 81. n. 368.

Extra territorium ius dicenti impune non patetur. Quod extenditur etiam ad eum, qui territorium propriè non habet, ut *Rectores Academiarum*, f. 82. n. 370. ubi exempla.

Ex quatuor capitibus cognosci potest, aliquem non esse de Jurisdictione citantis. 1. Ex causa. 2. Ex persona. 3. Ex loco. 4. Ex tempore. Si in certum est, an Judex sit incompetens, tenetur tamen reus comparere citatus. n. 372. & seq.

Quomodo citatio possit fieri extra territorium citantis, vide *Citatio*.

Ex privilegio potest quandoque reus conveniri in foro non suo ab accusatore. f. 10. num. 39. ubi exemplum.

Quando Jurisdictio convenit diversis cumulative, in solidum, Accusatori competit electio Judicis. n. 40.

Ob Rei accusandi formidabilem potentiam, quā Judge immediatus tertieri posset, item si Judge suspectus esset, posset Accusator recurrere ad Superiorem, & impetrare alium Judicem. n. 41.

Patronus non tenetur Libertatum accusare apud Judicem liberti, sed potest apud suum. n. 43.

Uxor accusanda est in foro mariti durante matrimonio. n. 44.

Famili Clericorum non Episcoporum, non gaudent in criminalibus privilegio fori. n. 46.

Laicus nanciscitur forum Judicis Ecclesiastici in criminalibus, quando delictum metetur censuram Ecclesiasticam, & in alijs casibus, quos vide. f. 13. n. 34.

Vagabundus ubique deprehenditur, forum sortitur, ut ibi judicari possit. f. 14. n. 61. Mittendus tamen ad Judicem loci delicti, si peratur. n. 61.

Delinquens extra territorium domicilij vel originis, nihilominus à Judge illius territorii iudicari accusatus potest. f. 14. n. 63. Potest etiam procedere per viam Inquisitionis. n. 64. quo casu processum quidem formabit secundum statuta sui territorij, condemnare tamen debet vel secundum ius commune, vel secundum statuta loci ubi deliquit. f. 15. n. 65.

De Germania confutidine locus Originis hodie non constituit forum distinctum, nec ut talis attenditur. n. 66.

Habens plura domicilia, utробivis potest accusari & inquit. n. 67.

Judge domicilij potest delinquentem subditum citare ubique exigit, non item Judge loci. n. 67.

In Criminalibus forum ex delicto est potentius foro ex domicilio. f. 15. n. 65. Hoc tamen exceptionem habet in Personis illustribus, quia ratione delicti forum non fortuntur. n. 69.

Delicto in confinibus commissio, locus est præventioni. Si reus negat delictum in territorio commissum, de hoc iudicabit Judge, apud quem est accusatus. n. 70.

Si reus existens extra territorium commissi delicti, habet bona in territorio, potest cum effectu citari ita, ut absentis bona annotari, & immisso fieri posit. Si non habet, non potest cum effectu citari à Judge loci delicti. f. 16. n. 71. Praxis tamen habet, ut causa etiam contra absentem agitur, etiam citatio non sit insinuata, de qua vide, n. 72.

Si delictum in via publica commissum est, cogitio spectat ad illum, qui in loco per quem transi via, habet merum Imperium, nisi consuetudo aliud habeat. f. 17. n. 75.

### Franciscani.

Quia ratione sint capaces Iustus facti, non tamen Proprietatis, vide P. f. 1. De corundem capacitate Legatorum, vide Legata.

### Frater.

Quomodo Frater instituendus à fratre, vide Institutio fratrum.

Quomodo Frater substituendus exemplariter, vide substitutio exemplaris.

### Fructus.

Quinam fructus à Possessore tam bona quam malæ fidei restituendi sint domino rem suam vindicanti, vide Possessor. Possessor.

Fructus rerum sunt triplices. merè naturales, merè industriaes, & mixti, qui tamen solent etiam simpliciter industriaes vocari. His addant aliqui Civiles, qui ex jure, alteriusque obligatione proveniunt, ut Usufr. pensiones, mercedes, salarys, sed vel ad mixtos, vel industriaes revocantur. f. 270. num. 361. & seq. ubi specificantur.

Fructus alij sunt jam à solo separati, alij adhuc pendentes: item aliqui dicuntur percipiendi, hoc est, qui percipi potuerint à domino rei ab alio possesso. Alij item qui præcedunt litis contestationem, alij subsequentes. f. 271. n. 263.

Fructus non habent rationem fructuum, nisi deducitis expensis, quæ quarendorum, cogendorum, conservandorumque eorum gratia sunt. f. 276. n. 293.

### Fur. Furtum. Furti Actio.

#### Tomo 1.

Non solum ratione diurna retentionis, sed etiam ratione prima acceptiois graviter ladijus alterius, ob periculum diurna retentionis annexum. f. 25. n. 136.

Potest quis furari rem suam propriam creditori vel conductori, & ideo minis recte definitur, Rei alienæ acceptio. f. 116. n. 252.

Furtum est contratio fraudulosa lucri faciendo caufū, vel ipsius rei mobilis ab alio detenta, vel eius usus, postfornisse. f. 116. n. 253.

Furtum sicut liberi hominis in patria potestate constituti fieri potest. n. 254.

Serpe datur furtum, non concedatur actio furti, & econtra datur quandoque, & sic, ut res cuius qui fur non est. f. 117. n. 258. & seq. ubi exemplis firmatur & iuribus. Interest autem esse furtum, et si non detur actio furti, quia res cadit in causam furtivam

furtivam, & ideo usucapi non potest, nisi prius ad dominum redierit. 258.

Fur alius Diurnus, alias Nocturnus. Diurnus, qui furatur in tanta luce ut agnoscendi possit. f. 117. n. 259. Nocturnus jure novo non potest licet occidi, nisi non potuerit ei sine periculo parci. eod.

Furtum dividitur in Manifestum, & Neumannustum. Illud est, quando fur cum re furtiva deprehenditur (non tamen ex abscondito) eodem die quo furatus est, aptequam rem eō detulerit, quō defecit eo die, & cum furto manere destinaverat, accedente infestatione & inclamatione. fol. 117. n. 260.

Furtum quædam ob specialem permissionem speciales libus nominibus in Jure designantur, & penitus severioribus coercentur. Ut Crimen peculatorius, de Residuis. Abigetus. Plagium. Rapina. f. 118. n. 261, de quibus in suis propriis vocabulis, vide.

Furti Actio datur omnibus quorum interest rem non esse subemptam. Unde & creditori ratione pignoris, fulloni, fattori &c. datur. Concurrentibus his cum domino, huic regulariter praefervuntur. Datur item Commodatario, ita tamen, ut Commodans habeat electionem inter actionem commodat & furti, & si scivit factum furtum; unā electa ad aliam non haber regresum. Electa actione furti, nec furū commodatario, nec hic à commodante conveniri potest, sed commodatarius penitus liberatur. Si actio commodati electa est, solus commodatarius habet actionem furti. Si commodator ignorans fuit furti, potest, dimissis actione commodati transire ad actionem furti, nisi commodatario jam satisfactum esset. f. 118. num. 265.

Furti Actio est merè penalit̄ seu poena persecutoria, in futo manifesto quadruplici, non manifeste dupli, cumulando cum condicione furtiva, quā rei estimatio petitur, vel rei vindicatione res ipsa, & similitudine refertur ad pretium temporis quo res fuit pretiosior. f. 119. n. 266.

Datur non solum adversus furem, sed etiam adversus consiliarium & cooperantem, scienter sufficientem, celantem res furtivas. Adversus heredes non datur nisi de eo, quod ad ipsos scientes & contrectantes ex furo pervernit, vel si his cum principali fuerit contestata. f. 119. n. 267.

Furti manifesti Actio, quamvis prætoria, est tamen perpetua. f. & n. eod.

Condicione furtiva (quæ etiam adversus heredes datur) petitur res ipsa si exigit, vel ejus aestimatio etiam nihil ad heredes pervernit, nec lis fuerit cum fure contestata. f. 119. n. 268.

Conugi adversus conjugem non datur Actio furti, sed res ipsa si exigit, & hoc in honorem matrimonij. Datur tamen etiam adversus heredes etiam nihil ad eum pervernit. Quod si res amota ad heredes plures pervernit, non pollunt

singuli in solidum conveniri, sed in tantum, in quantum secundum proportionem hereditatis ad eos pervenit. eod.

Pignus Creditori à debitore furtu ablatum, non cadit in causam furtivam, ut usucapi non possit, cum per ipsum furtum rediret ad dominum. f. 120. n. 270.

Non liberatur fur à pena, etiam si ante sententiam sponte refluit. f. 121. n. 271.

Furandi animus tunc presumitur, quando quis rem occulte modo infuso accipit, nisi contrarium fortiori presumptione elidatur, aut oportitum probetur. f. 121. n. 272.

Qui morofo debitor afferit, quantum sibi debet, furtum non committit, quia non afferit animo lucrandi. f. 121. n. 273. Sic etiam potest furius furtiva propriâ auctoritate afferri ab eo, qui furtum passus est. eod.

Pro fute habendum est, qui rem alienam inventam detinet, sciens rei dominum, aut non debito modo invenit. f. 121. n. 274.

Non datur Actio furti contra eum, qui aliquid afferit animo furandi, quia putat dominum esse invito, cum non sit. f. 121. n. 275.

Qui ex Naupago vel incendio aliiquid afferit, tenetur Actione furti in quadruplum intra annum utilē, post annum in simplum, & insuper bonorum publicatione multerat, ac excommunicationem incurrit. f. 122. n. 277.

In cuius domo res furtiva reperitur, non praesumitur fur, nisi aut sit homo improbus, aut clam, aut vili pretio, aut lapsus à fure emerit, nec fure ostendat, aut auctorem à quo emit. Si dicat se à transiente ignoto emisse, suspectus est. f. 122. n. 278.

Pluribus simul furtum facientibus, habet Actor electionem, quem illorum velit in solidum convenire. f. 122. n. 279.

Datur Actio furti etiam contra Impuberem pubertati proximum. f. 122. n. 280.

Si res vendita needum tradita furo afferatur, habet venditor optionem, ut vel agat contra furem, vel emptori actionem cedat. fol. 122. num. 281.

Re mobili in usumfructum datā, & furo ablatā, Usufructarius ager ratione fructuum, proprietarius ratione proprietatis, quantū eorum interest. f. 123. n. 282.

Jure Bavaro si quis furem in manifesto deprehendat, aut fur regi penes se habeat, potest rem auctoritate propriâ eximer. Si res furtiva in Judicio detinatur, potest eam septuaginta duobus numeris Monacensibus redire. eod.

De quantitate furti requirita ad peccatum mortale, vide, Dannun iuris datum.

De necessitate accipendi alienum excusante à furto, vide, Necessitas proximi.

De Compensatione occulta pro furto facto, vide, *Compensatio*.

Si rem furto ablata ab uno, alius fuisse aequo furaturus, adhuc tamē fur tenetur. fol. 140. n. 371. Quando teneatur fur pro re ablata, qua alioquin fuisse apud dominum pericuta, vide, *Damnum injuria datum*.

#### Tomo 6.

In Ordinatione Carolina plurima ordinatē statuunt circa pœna furto pro diversa quantitate, vel cum diversis circumstantijs aggravantib⁹ commisso constitutas, quæ referuntur. fol. 106. n. 210.

Quando taxatur in eadem Ord. furri quantitas per Florenos, ex praxi per florenum intelligitur. Ducatus (qui est florenus Ungaricus) secundum eum valorem quem habet tunc quando sit fursum. fol. 107. n. 211.

Quamvis intuitu opulentia illius cui sit furtum minus puniatur fur ceteris paribus, non tamen ob indigentiam ejusdem laci potest pena ordinaria suspendij decerni, si non sit fursum taxata quantitas pro suspendio. n. 212.

Quando pluralitatē furorum taxatur certa pœna, sufficit ea vel diversis locis, vel temporibus esse facta. fol. 107. n. 213.

Qui prioribus furis forē jam punitis aut condonatis, superadderetur aliud fursum, priora concurrent ad faciendum numerum, & respondentem illi pœnam. n. 214. & seqq. ubi vide limitationem.

Si plures simul furati sunt, & ad unumquemque eorum tanta summa petervit, quæ secundum se suspendio puniatur, omnes suspendi possunt, & de jure debent, secūs, videntur fustigatione puniendi, secluso iuri rigore. fol. 108. n. 218. & seq.

Si furrum factum est cum violentia periculosa & sedicioса, etiam minor summa quecumque sufficit ad suspendium per Ordin. Carol. secūs, si fine tali violentia, quæ indicet animum occidendi resistentes. fol. 109. n. 222. In dubio iudex arbitrabitur. n. 223.

Quod de effractione dictum est, etiam de conscientie dicendum, nempe requiri, ut sit periculoſa. fol. 110. n. 224.

Pœna suspendi potest in mitiore, judicio Jurisperitorum converti à Justice, v.g. in fustigationem, si res furto ablata absque lucro furis & aldamno ad dominum redit. fol. 110. n. 226. & seqq. ubi corollaria.

Fur pœnitens, &, antequam accusatur, rem restituens in se vel aequivalenti, puniatur pœna arbitriā, carceris, relegationis, vel etiam fustigationis. n. 230. Imō, si etiam post accusationem fur transigat vel satisfaciat, liberatur à pœna suspendi. fol. 111. n. 232.

Impubes pubertati proximi regulariter non suspendio, sed mitiore arbitriā pœna plectendi sunt. n. 234. Imō, non facilē ad fustigationem

condemnandi, nisi modicum tempus ad puber-  
tatem dœsset. eod. Ex gravitate tamen furti, &  
malitia supplete aratem, posset ex consilio Juris-  
peritorum etiam ad ultimum supplicium procedi.  
n. 235.

Non improbabilitē idem dici posset de Mino-  
renne, quamvis, inspecta Carolina Ord. videat  
puniendus pœna ordinariā. n. 236. & seq.

Martialis & sanguinis conjunctio excusat pa-  
ri suspendi, adeo ut nee Judge ex officio tales  
criminaliter punire possit. f. 112. n. 240.

Furta Domesticon, ex confundente Italia &  
Germania punitur pœna ordinariā. n. 241.

Nobilibus etiam pœna suspendij in aliam com-  
mutari solet. n. 242.

In quartudam retum furti punitis diversa  
est locorum consueta, ut sunt cibaria, arbores  
furum cœsa. Si tamen arbores caderent diebus  
feriatis, fur actione furti teneretur, & criminale  
punitur extra ordinem. fol. 113. n. 243. & seq.

Fures piscium ex piscinæ, lacubus, vivariis, pos-  
sent etiam suspendi puniri. n. 243.

Auxiliatores furum pro diversitate auxiliorum  
arbitrii punitur. n. 244. & seqq. ubi exempla.

Participans dei furti, pro diversitate circum-  
stantiarum punitur, vel relegatione, vel fustiga-  
tione, si non est cooperatus, sed participando approbat. n. 242. Idem videtur dicendum de Re-  
ceptatore. n. 251.

Emens rem furivam scienter, punitur pœna ar-  
bitriā, carceris, relegationis, pecuniaria. fol.  
115. n. 255. Si vili pretio emit, præsumitur  
scivisse, rem esse furivam. n. 255. Si bona fide  
iterum vendidit, ad nullam restitutionem tenetur,  
nisi ex re factus esset locupletior. bene tamen, si  
malā fide. n. 256.

Attentatum furum extra ordinem arbitrii  
punitur. f. 115. n. 257.

Fur deprehensus in alio territorio, potest ibi su-  
pendi, nisi remittendus esset ad locum delicti.  
f. 116. n. 258.

Rem furto ablata in alienis ædibus per publicos ministros tunc demum perquirere licet, si pre-  
gnantia sint indicia rei ibi detecta. n. 259.

Res furto ablata non potest à Magistratu libi  
jure Fisci attribui. n. 260.

Dominus rei furtive recuperatæ, non tenetur ad  
solvendas ulla expensas factas à Magistratu. num.  
261

#### Furiosus.

##### Tomo 2.

Furiosus telementum, etiam nulla lucida in-  
tervalla præclinent, si tamen esset factum sicut  
alii sane mentis factus. & testes affirmarent libi  
volum esse, ad mentem factum. f. 116. n. 270. Et  
faveor ultimorum voluntatum, & præsumendum  
quod fuerit sane mentis. fol. 15. n. 243.

Gratia

#### Gratia facta in Rescripto.

##### Tomo 1.

Gratia aliquando dicitur *Facta*, aliquando *Fa-  
cienda*. aliquando respicit solum illum cui con-  
ceditur, aliquando conceditur facultas in favorem  
tertiij. Aliquando ad usum indefinitum: aliquando  
in favorem personæ determinata, & circa rem  
determinatam. f. 41. n. 237. & seq.

Si totus favor consistit in prima concessione,  
& non in delegatione, Gratia est *facta*, adeoque non  
expirat morte concedentis. fol. 42. n. 230. Si fa-  
cilitas delegatur indefinitè respectu perfornarum,  
gratia est etiam *facta*. 231. Si delegetur non in fa-  
vorum delegati, sed præcisè ut exercetur erga personam  
determinatam, ita tamen ut liberè eam ex-  
ercere possit, censemur gratia *facienda*. 232.

Si imponitur necessitas delegato, regulariter est etiam  
gratia *facienda*, quamvis probabile etiam sit, esse  
*factam*. 232. Item censemur *facta*, quando  
Rescriptum alloquitur privilegandum, etiam si re-  
quiratur alterius cooperatio. 236.

Ur gratia sit *facta*, non requiritur acceptatio,  
benē tamen ut sit irrevocabilis unde etiam post  
mortem concedentis acceptari potest. fol. 43. num.  
238.

##### Tomo 1.

#### Habitationis servitus.

##### Tomo 1.

Habitationis est tertia Species Servitutum Per-  
sonalium, & definitur: Jus habitandi in alienis ædi-  
bus, salvæ earum substantiæ, per se vel per alium.  
fol. 244. n. 147.

Habitationis servitus differt ab usitatis servitibus in  
tribus. 1. quod in solis ædibus esse possit. 2. quod  
possit alteri locari. 3. quod non amittatur solo  
non usu: nam in hac servitute roties dies cedit,  
quoties habitate commodum est. fol. cod. n. 148.

#### Hæreditas. Hæres.

##### Tomo 1.

Qui auferit aliquid ex hæreditate jacente, non  
committit furum, juridicè loquendo, sed crimen  
expiante hæreditatis, qui nullius detentioñem vel  
possessionem intervertit. fol. 117. n. 218.

Hæres scriptus, quomodo post sublatum Adri-  
ani editum possit mitti in possellionem, vide, *Inter-  
dictum Quorum bonorum*.

##### Tomo 2.

Hæres non potest esse testis in testamento quo  
scriptus est hæres. fol. 29. n. 134.

Hæres etiam injusto metu adiens hæreditatem  
fit hæres, restitutioñis tamen bene. f. 110. gaudet.  
fol. 40. n. 140.

Hæreditas, quæ As. v. omittit, in duodecim Uncias  
dividitur, & pro diversitate numeri diversa no-  
mina sortitur, ut Sextans, Quadrans, Trians,  
Quincunx, Semis, Septunx, Bes, Dodrans, Dex-  
trans, Deunx. fol. 63. n. 289.

Plures hæredes instituti, nullā partium designa-  
tione facta, consequuntur partes aequales, etiam si  
unus in recto, ceteri in obliquo nominati essent.  
fol. 63. n. 290.

Institutis hæredibus necessariò instituendis  
habentibus ordinem conjunctionis, v.g. filio &  
nepote, nepos censemur filio ex alio instituto vul-  
gariter substitutus, etiam si natus sit, & etiam si  
testator ordinem invertit: & hoc ex presumpta  
voluntate, nisi de contraria confaret: v.g. ex ad-  
jecta part. una, simul. &c. Idem esset, si v.g. insti-  
tuueretur familia, in qua esset ordo, secūs, si ex-  
traneum patrem cum filio suo, tunc enim aequa-  
liter immediatè succederent. f. cod. n. 291.

Instituto uno simpliciter, & simul alijs pluribus  
collectivè, ille unus Semis, ceteri alterum ca-  
pient, siquidem diversis orationibus institutio  
facta est. fol. 64. n. 292.

Institutis hæredibus in partibus inæqualibus,  
onera quoq; proportionaliter suffinent. fol. cod. n.  
293.

Si testator non absolvisset duodecim uncias,  
conferetur in pauciores alsem contrahere voluisse,  
quod illi licet. n. 294. Si verò numerus un-  
ciarum excessisset, hæreditas in totidem uncias di-  
videnda esset. 295. nisi confaret, quod à priore  
voluntate, quæ v.g. uni 12. reliquit, recessisset, &  
illi auferre voluisse, ac alteri relinquere. num.  
296.

Uno in certa parte, alio indefinitè instituto, si  
duodecim uncias non excessit, reliquum ad inde-  
finitè institutum pertinet: si excessit, videndum,  
quot uncias mente conceperit: vel Medietas ad  
indefinitè institutum pertinebit. f. 65. n. 297.

Institutis pluribus hæredibus cum relatione ad  
designacionem partium in alia scriptura factam vel  
faciendam, cùm tamen nulla facta sit, succedent  
in partes aequales. f. cod. n. 298.

Si Testator verbis directis & non communibus  
usus est, & unum solum hæredem (vel plures sine  
difference) in re certa instituit, detracta rei certæ  
nominatione hæres ex alio erit. f. 66. n. 300.

Si duo in rebus inæqualibus scripti sunt, tunc in  
tali re vel rebus inæqualibus erunt tantquam in pre-  
legato, in reliqua hæreditate aequales, nisi aliunde  
constaret, quod testator vellet proportionaliter esse  
inæquales. f. cod. n. 301. & seq.

Jure Novo, hæredibus suis in re certa institutis,  
debet hæredes reliqui scripti legitimam implere,  
aliquoquin rumpent testamentum. f. cod. n. 303.

Quodsi testator adderet, se velle, ut hæres ex-  
traneus cum tali re determinate contentus sit, ha-  
bendus esset ut legatarius, & succedenter hæredes  
ab intestato, possentque Falcidiam detrahere ex  
illa re, casu quo Falcidie locus esset. f. 67. n. 305.  
& seq.

Institutis in re certa, participat aliquid juris de  
Legatario, & aliquid de hærede; de Legatario  
quidem